



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Quomodo quis alteri debeat dare beneficia cap. 78.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

Electione, & præsentatione, ex quibus prior ad superiores personas tantum pertinet, alii etiam ad alios.

*Quomodo quis alteri debeat dare beneficia. Cap. 78.*

**C**onferens beneficia aliquo dictorū modorū, duo obseruare debet; primū, ut det gratis, & absque pretio alicuius rei pecunia æstimabilis, alias esset simonia. Alterum ut det iuste, & digno, id est sanctis moribus instituto, atque ad tale officium exercendum idoneo, alioquin peccaret conferens, & ad restitutio- nem teneretur Ecclesiæ facien- dam: Nee sufficit digno dare, si dignior adsit, nisi beneficium sit patrimoniale, aut ex propriis bonis constructum: tunc enim sufficit ut digno detur, altero digniori relicto: sed nec quando in aliis da-

tur digno, digniori relicto, est villa  
obligatio ad restitutionem, sed tam  
cum peccatum acceptio personarum  
ibi interuenit.

*De accipiente beneficium, & an  
plura recipere liceat. Cap.*

79. 80. & 81.

**N**Vllus beneficia iuste acci-  
pere potest, qui has iuris  
conditiones non habuerit.  
\* Prima, ut sit Clericus, habens sal-  
tem primam Tonsuram. \* Secunda  
ut sit legitimo matrimonio natus.  
\* Tertia, quod debitam attingat æ-  
tatem, Episcopus annos 30. Cur-  
tus 25. Conc. Trid. sess. 23. c. 6.  
Clericus beneficiorum simpliciū,  
14. \* Quarta, ut careat iuris impe-  
dimento, i. excommunicatione,  
& irregularitate. \* Quinta, ut sit  
scientia, probitate, & aptitudine  
præditus sufficienti. \* Sexta, ut ali-  
ud beneficium non habeat: nam